vlterius expedienda fuerit.

Inter emollientia hîc locum habet primarium cremor Tartari sæpius in iusculis exhibendus à ʒj, ad ʒjß, 1.2.3.4. diebus.

In summa obstructione alui ♃ plumarum minutissime incisarum pugill. j. M. in panê. F. pilulæ. It. olei ceræ ℈j vsque ad ʒj, in Enemate emollietę: Zibetha vmbilico illita: fel tauri potest etiam clysteribus addi ad imitationem naturæ, quæ felle facultatem expultricem irritat.

III. A tumore Enema specificum.

♃ lactis, ol. oliuar. ana ℔ß.

ADSTRICTIO.

In adstrictione ex Enterocele adhibeantur externa emollientia, & injiciantur Enemata.

INFLAMMATIO, ABSCESSVS, Vlcus, Cancer.

Inflammatio, abscessus, vlcus, Cancer, Enemate curantur, quamuis Cancer vix.

FISTVLA.

De fistula infra de affectibus externis.

COLICA ET ILIACA Passio.

In omni Colica & Iliaca passione dextre curãda (à Catharticis fortioribus abstinendum) semper prospiciendum, vt aluus sit libera, quam si natura ita conseruat, bene quidem, sin minus, tũ externis, nempe suppositoriis & clysteribus (vide disputationem meam de Colica) tum internis saltem mollificantibus vtendum: quale est Extractũ Mercuriale (cum sp. Vini paratum, dos. à ʒj, ad ʒii) cum extracto sennæ iusta dosi (à gr. x. ad ℈j,) exhibitum.

Quan-

Quando aluus est libera & flatus distendunt intestina, ab initio Tinctura Corticum aurãtiarum cum sp. Vini extracta multum valet, dos. cochl. j. Hæc essentia semel atque iterum data flatus omnes dissipat: sin minus, exhibeatur in maluatico olei amygdalarum dulcium ʒj, vsque ad ℥j. Quod si nec sic quidem flatus distendentes expediũtur, loco amygdalarum dulcium exhibe sp. Terebinthinæ ʒj, ad summum, postea arctissime cũ fasciis liga ventrem (*mit einer Handquelen 3. mahl vmb den Leib gezogen von 2. starcken Personen*) & flatus omnes dissipabuntur.

Nota.

Etiam in Colica & Iliaca flatulenta, quemadmodum in cæteris aluo libera remedium specificum (extremum est quo vsus sum in Quæstore quodam) est mixtura spiritus Vini & spiritus Salana ʒß vel ℈ij, in aqua communi tepida sudoribus exinde prouocandis data. Illico nimirum sitientes spiritus colicæ administros potat, ac in vapores resoluit (patiens quiescat, licet id ei difficile: motu nimirum crescit malum) vt reliquum quoque corpus à vaporibus noxiis per medicamentum assumptum liberatum, eo melius morbo pereunti subjici possit.

In Colica ex pituita vitrea valent oleum Zedoariæ, Chamomillæ, sapphirinum (à gut. iij. ad ℈j) sæpiùs exhibita.

In pituita educenda præstat Essentia trochiscorum alhandal cum vino Maluatico destillato extracta. It. spiritus Vitæ aureus Rulandi ab ℥ß, ad ℥jß, ad summum.

In Colica à bile erodente Extractum Rhabar-

bari. Itē Panchymagogon vegetabile multū præstant: bilem nimirum educunt, qua excreta, si nihilominus dolores durarint, maluaticum cū oleo amygdalarum dulcium postea semel atque iterū datum acrimoniam bilis restitantis infringit & dolores sopit.

NB.

In his casibus aliquando cæteris paribus laudanum opiatum dextrè paratum & sumptum mirabilia præstat: cuius tamen vsus, si hæc ipsa iam prædicta in promptu fuerint, non temere præcipitandus, nisi forsan materia tam fortiter impacta sit, quę doloribus confertim recrudescentibus nullas inducias permittit. Hoc itaque in casu, vt quies ipsi naturæ imperetur à laudano minus abstinendum erit.

Si ex humore acri, valet etiam Mixtura simplex.

In *Colica ex* humoribus æruginosis, vel flatibus inter mēbranas *inclusis*, nihil melius est, quā exhibere dosin compositi e *spiritu Salis* nitri & spiritu vini, citissime nimirum expedit.

In Colica ponatur Magnes super Vmbilicum & statim cessabit dolor.

Colica etsi nonnunquam à biliosis & acribus humoribus ad intestina profluentibus *fiat*, ab inflationibus item intestinorum & à *duris diu* retētis excrementis: tamē nulla frequentior est, quam quæ à pituita & flatibus oritur. In *quibus* omnibus notandum, vt aluus semper *sit* aperta. 2. vt medicamēta potius per clysterem iniciātur, quā per os exhibeantur, ante alui apertionem.

Vt igi-